Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



non intrabitis in regnum celorum · Quicuque ergo humiliauerit
se sicut puerulus iste · hic est maior in regno celorum · Et qui
susceperit unum puerum talem in nomine meo me suscipit · Qui
autem scandalizauerit unum de pusillis istis qui in me credunt
expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius
et demergatur in profundum maris · Ve mundo a scandalis
Necesse est enim ut ueniant scandala · Verumtamen
ue homini per quem scandalum uenit · Si autem manus
tua uel pes tuus scandalizat te abscide eum et proice abs
te · Bonum est tibi aduita ingredi debilem uel clau
dum · quam duas manus uel duos pedes habentem
mitti in ignem eternum · Et si oculus tuus scandalizat
te eue eum et proice abste · Bonum est tibi unum oculum
habentem in uitam intrare · quam duos oculos habentes
mitti in gehennam ignis · Videte ne contemnatis unum
ex his pusillis · Dico enim uobis · Quia angeli eorum
in celis semper uident faciem patris mei qui in celis est ·

Iuxta euan. ipsum · Dominica in mense · Secundum lucam ·

In illo tempore designauit dominus alios septuaginta duo
et misit illos binos ante faciem suos in omnem ciuita
tem et locum quo ipse erat ueniturus · Dicebat illis ·
Messis quidem multa operarii autem pauci · Rogate ergo
dominum messis ut mittat operarios in messem · Ecce
ego mitto uos sicut agnos inter lupos · Nolite portare sac
culum neque peram neque calceamenta · Neminem per uiam
salutauerit · In quamcumque domum intrauerit · primum
dicite pax huic domui · Et si ibi fuerit filius pacis requi
escet super illum pax uestra · Sin autem aduos reuertetur · In
eadem autem domo manete edentes et bibentes · que